Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

61v

ambitu honorem querunt. que honorem muneribus obtinere moliuntur. que ad eccesso
ribus in sacerdotium eliguntur. sed nec ille deinceps sacerdos erit. quem nec cle
rus nec populus proprie civitatis elegit. vel auctoritas metropolitani. vel conprovinci
alium sacerdotum assensus non exquisivit. Quicumque igitur deinceps ad ordinem sacer
dotii postulatus. et in his que predicta sunt exquisitus. in nullo horum deprehen
sus fuit et examinatus probabili vita atque doctrina extiterit. tunc
secundum synodalia vel decretalia constituta cum omnium clericorum vel ci
vium voluntate ab universis conprovincialibus episcopis aut certe a tribus in sacer
dotem die dominico consecrabitur. convenientibus (conventis) ceteris qui absentes sunt suis litteris
I. e. d. lxv. c. i. ii. iii. iiii. v. 7 vi. et magis auctoritatibus vel presentia eius qui est metropolitanus episcopus constituitur.
Episcopus autem conprovincialis ibi consecrandus est. ubi metropolitanus elegerit. Metropoli
tanus autem non nisi in civitate metropoli conprovincialibus ibidem convenientibus.
Si quis autem deinceps contra predicta vetita canonum ad sacerdotium gradum indig
ne aspirare contendit. cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo sub

D. L. II.

iacebit. G. Qui vero pretermissis aliquibus gradibus non superbia sed negligentia ad
maiores conscendit tamdiu a maioribus abstineat quousque congruo tempore
pretermissos accipiat. ~~Unde Alexander secundus scribit Rinaldo Constantinensi
episcopo.~~ De eo qui subdiaconatus ordine pretermisso diaconus et presbiter est ordinatus.

Sollicitudo dilectionis tue studuit consulere. utrum portitor istarum litterarum
diaconatus et presbiteratus officium idoneus sit peragere necne cum ad id preter pro
cursum subdiaconatus ordine pretermisso negligentia potius quam superbia cog
noscatur ascendisse. Unde nos consulendo caritati tue mandamus. ut ab
officio sacerdotali eum prohibeas donec proximo IIII. temporum ieiunio. subdi
aconatus ministerium sibi rite imponas. et sic deinceps ad maiora offi

D. L. III.

cia eum redire concedas. G. Curiales autem ut supra scriptum est ideo ordinari
prohibentur. quia frequenter dum ab ecclesia repetuntur. plurima incommoda ecclesiam
secuntur. vel quia idem curiales non voto religionis. sed ut officiorum suorum ratio
cinia fugiant ad ecclesias se transferunt. ~~Unde Gregorius scribit in libro VIII. regis
tri omnibus episcopis de lege Mauricii augusti.~~ Quare sit constitutum ne
Legem quam [illegible] piissimus imperator dedit curiales ordinentur.
ne fortasse hii qui militie vel rationibus sunt publicis obligati. dum causarum
suarum periculum fugiunt. ad ecclesiasticum habitum veniant. vel in monasteriis